



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

33. An delegatus ab inferiore ad Vniversitatem causarum id poßit saltem  
de jure consuetudinario?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

præsumitur, magis ad hoc munus v. g. ab-  
solutionem à percussione Clerici, idonea  
reputatur.

32. Qui potestate ordinaria ratione  
muneris sui præditus est, potest eam eti-  
am generaliter delegare *Sanch. lib. 2. disp.*  
*40. n. 13. & 17. v. g. Episcopus committe-*  
*re Vicario suo vel alteri personæ idoneæ,*  
ut absolvat & dispenset super casibus Pa-  
palibus occultis. *Trid: sess. 24. de refor. cap. 1.*  
Item super casibus, qui ob impedimen-  
tum adeundi Pontificem Episcopales fi-  
unt: cuiusmodi etiam est occultum impe-  
dimentum dirimens matrimonii, bonæ  
fide (saltem alterius conjugis) contracti  
*Sanch. cit. n. 17. Ratio conclusionis nostræ: quia*  
cum iurisdictio universalis in Ordinariis  
non sit extrinseca, sed intrinseca, jure quæ-  
Magistratus debita, non videtur cur in al-  
lium transfundi non valeat.

33. Ut proinde difficultas maxima, quæ  
in hac materia ventilari solet, procedat  
quoad Iudicem delegatum; cui ut satis  
faciam quæstioni; *Censeo I.* Certum est  
delegatum supremi Principis regulariter  
subdelegare posse, ut constat ex *cap: fin. de*  
*offi: delegati.*

*offic. deleg: L. à iud. cap. de jud: ubi dicitur à  
 Iudice Judicem datum, Judicem dare nō  
 posse; nisi à Principe datus fuerit. Censeo  
 2. certum quoque videri, spectato mero  
 jure, delegatum ab inferiore à Principe  
 subdelegare non posse. L. cum Prætor ff. de  
 iudic. in illis verbis. Iudicem dare possunt qui-  
 bus hoc lege, vel constitutione, vel Senatus C.  
 conceditur: ergo potestas dandi Iudicem, in  
 delegatū à Principe transferri non potest,  
 L. 1. ff. de offic: eius. Ratio datur ex jure, quam  
 Legistæ admittunt, & est, quod in delega-  
 to jurisdictio radicata nō est, nec sua pro-  
 pria efficitur, sed alieno beneficio habe-  
 tur: quæ quidem ratio cum quædam ge-  
 neralis sit regula, vim quoq; haberet con-  
 tra delegatum supremi Principis, nisi pro-  
 pter eminentiam majestatis delegantis,  
 delegatus haberet singularia privilegia,  
 ut instar Ordinarii quoad hunc effe-  
 ctum censeretur. Cæterum non desunt  
 DD. qui ab hac regula excipiant delega-  
 tum inferioris Ordinarii ad universitatem  
 causarum: docentes posse talem subdele-  
 gare ad instar delegati Principis, & diffe-  
 rentiam esse in utrumq; (scilicet delega-*

tum Principis inferioris & supremi) quod ille ad unam delegatus, subdelegare non possit: hic autem possit: sed *Iason. L. more supran. 2.* repugnat: asserens nusquam in jure hanc exceptionem reperiri: ut proinde stando in jure velit, delegatum inferioris Ordinarii etiam ad universitatem causarum non posse subdelegare. Verum quia in praxi hæc sententia est contra omnes Doctores & consuetudinem universalem, quæ prævalere debet: *Standum* favorabiliori sententiæ, nullo quoad hoc facto discrimine inter delegatum à Principe, aut non Principe.

34. Porrò difficultas ex supra dictis emergit non levis, an sit differentia inter Judicem dare, & jurisdictionem mandare, ratione cuius delegatus à Principe causas delegare possit: non item delegatus ab inferiore? *Affirmat Covar. lib. 3. var. cap: ult. n. 11.* & multi alii, quos refert desumpto i. argumento ex *L. cum Prætor §. 1. ff. de jud:* ubi dicitur; eum quoq; cui mandata est jurisdictio Judicem dare posse, veluti Legatum Proconsulis. Ergo plus est mandare jurisdictionem, quàm Judicem dare: